



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 68. Lutherani cum Zwinglianis in Sandomirensi conventiculo
conspirantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Christi Corpus ubique existere dicebatur, fuit rejecta, unde rursus Lutherani rigidiores in duas factiones scindebantur.

Sæcul XVI.
A.C. 1571.

§. LXVIII.

Lutherani cum Zwinglianis in Sandomirensi conventiculo conspirantes.

Nec minor etiam dissensio quoad suam sectam fervebat inter Sacramentarios, prout ex quibusdam conventiculis, quæ hoc anno celebrabant, aperte conspicitur, quippe Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo Sandomiræ ejusmodi conventus habebatur, in quo concordia inter Lutheranos, Bohemos, & Zwinglianos in Poloniam profugos sancita erat: huic vero Synodo sequentem præfigebant titulum: *Unio, ac mutuus consensus inter Polonicæ Ecclesias, seu inter Confessionis Augustanæ Sectatores, & Confessionis Fratrum Bohemorum affectas, atque inter Confessionis Ecclesiarum Helveticarum fautores, seu Zwinglianos.* In hac Synodo integrum penitus confessionis Saxonicæ articulum circa cœnam producebant juxta formam, quam Melanchton circa annum Salutis nostræ millesimum quingentesimum quinquagesimum primum eo fine excogitaverat, ut hic articulus Tridenti proponeretur.

Syntagma gen. 2. fol. 218. & 219. Bouffet variat. tom. 4. lib. II. art. 192.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Rr nere-

Sæcul. XVI.

A.C. 1571

neretur: porro ibidem inter alia dicebatur, Jesum Christum esse vere, & substantialiter præsentem in communione, illumque dari vere iis, qui recipiunt corpus, & Sanguinem Jesu Christi: insuper ibi addiderunt, præsentiam Jesu Christi substantialem non tantum significari, sed vere reddi præsentem, ac distribui manducantibus, cum signa non sint nuda, sed conjuncta rei ipsi secundum Sacramentorum naturam.

Hæc itaque confessio quidem fuerat recepta, nihilominus horum unio non nisi in Polonia suum fortiebatur effectum.

§. LXIX.

Rupellense Calvinistarum conventiculum.

Benoit. hist. de l'edit de Montes t. 1. pag. 4. Interea in Helvetia Zwingliani dubia verba rejicere constanter pergebant, atque ex illo temporis articulo etiam in Galliis Calvinistæ eorum exemplum imitari cernebantur; plures enim palam asseriebant, substantiæ nomen esse repudiandum, necnon trigessimum sextum articulum immutandum in illa fi-

Bossuet l. c. l. 12. art. 1. & suiv. dei confessione, quam circa Cœnam Domini Carolo IX. Regi obtulerant. Horum voluntati non modo privati seorsim, sed etiam Calvinistæ in Franciæ Insula, atque Briana, Parisiensis, & Mel-

denlis